

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER.

Crito Atheniensis unus omnium maxime eximio quodam amore Socrati affectus est. Atque eius ita cura egit ut nunquam aliquid ex his quæ sunt ad usum necessaria sibi deesse pateretur. ipsius quoque liberi Socratis auditores fuisse. Critobolus Hermogenes Ctesippus Epigenes. Crito igitur dialogos decem & septem scripsit qui uno continentur codice ita inscriptos. non bonos fieri discendo. quid sit plus habere: Quid sit idoneum siue civile: de honesto: de deo: Quid sit male facere: de fertilitate: de lege: de arte: de congressu: de sapientia protagoras siue civilis: de litteris: de poetica de honesto: de dicendo: de sciendo siue de scientia: Quid sit scire.

Simon Atheniensis.

Simon Atheniensis corarius: quotiens ad eius officinam prexisset Socrates atque differeret omnia quæ meminisse poterat notabat. Vnde & ipsius dialogos scyticos appellat: quæ inter huiusmodi opifices sunt habiti. Sunt autem numero triginta tres quæ uno itidem codice comprehenduntur: de diis: de bono: de honesto: quod sit pulchrum & honestum: de iusto duo: de uirtute quæ doceri non possit: de fortitudine siue uiriliter tres: de lege: de popularitate: de honore: de poesi: de bona passione: de amore: de philosophia: de scientia: de musica: de poesi: quod sit pulchrum: de disciplina: de differendo: de iudicio: de eo quod est de numero de diligentia: de opando: de auaro: de iactantia: de honesto: alii autem de consulendo: de ratione siue de aptitudine: de maleficientia. Fere hic primus omnium socraticos sermones deseruisse. Cum autem pericles polliceretur si ad se pergeret: cuncta illi necessaria exhibiturus: fidutiã inquit uendere consilii non fuerit. fuit & alius Simon qui scripsit artem rhetoricam: alius item medicus Seleuci & uicanoris necessarius: atque alius quidam sculptor.

Glaucon Atheniensis.

Glaucon Atheniensis nouem itidem in codice uno scripsit dialogos. phedylum: Euripidẽ: Amyntichum: Euthiam: Lythede: Aristophanẽ: Cephalum: Anaxiphemum: Menexenum: ferunt eius & alii. xxxii. sed sui non sunt.

Simmius Thebanus.

Simmius Thebanus fuit: & huius ferunt dialogi. xxiii. uno codice inclusi: de sapia: de rationatione: de musica: de uersibus: de fortitudine: de philosophia: de ueritate: de litteris: de doctrina: de arte: de regimine: de decoro: quid eligendum quod uerum fugiendum sit: de amico: de scientia: de anima: & bene uiuendo: de possibili: de pecuniis: de uita: quod sit honestum: de diligentia: de amore.

Cebes Thebanus.

Cebes & ipse Thebanus scripsit dialogos tris qui inscribuntur. pinax: septima: phrynicus.

Menedemus.

Menedemus phædonis ex ludo: Clisthenisque ex familia Theopropidarum filius fuit uiri sane nobilis: sed architecti ac pauperis. Alii ta-